cleri cederent et communia servicia cum çivibus subirent. Sic factum est, quod quatuor illi animati ex assistencia civium ecclesiam maiorem invaserunt et omnes censuras executoris dati per $r^{mum}$ dominum legatum et interdictum ordinaria auctoritate ob vitandas prophanaciones ibidem positum nimis temerarie parvipenderunt, omnibus aliis canonicis cum eorum archiepiscopo et preposito illis contradicentibus. Qui obedientes et civitatem egressi sunt, ne illis consentire compellantur. Ascendi ego prope Treuerim, ut sentirem, quid in ea re fieri posset, et non reperi nisi duriciam inflexibilem et maximum periculum ecclesiastici status. Et quia nichil efficere potui, s. d. n. papam de casu avizavi, prout prefertur, ne s. sua circumveniatur.

Unde cum ex istis factis clare intelligat magnificencia vestra, quod quatuor illi non sunt capitulum ecclesie neque merentur ob hunc detestabilem actum, ut eis tamquam capitulo de fructibus capitulo debitis in ducatu Luczemburgensi respondeatur pocius quam preposito et consociis mandatis $r^{mi}$ domini legati et eorum superioris archiepiscopi obedientibus, qui maiorem partem capituli faciunt et sigillum capituli habent, de omnibus talibus fructibus integre respondeatur. Et si forte cives ipsi studuerint colorare negocium tam pro se quam illis eorum canonicis concivibus, credat magnificencia vestra id unum, quod premisi. Nam nisi ego valde detestarem inobedienciam, prophanacionem et a talibus civibus, qui sunt subditi ecclesie, ecclesiastici status oppressionem, abstinuissem utique a scriptura. Confido autem, quod, postquam magnificencia vestra veritatem sic a me acceperit, omnem adhibebit sollicitudinem, ut illustrissimus dominus dux se fautorem obediencie et iusticie facto ostendat et ab hiis favores subtrahat, qui se querunt viam iusticie deserendo. Velit igitur magnificencia vestra id, quod occurrit, michi servitori vestro significare per presentem in domino valens, michi semper uti filio precipiendo. Datum Palacioli 1449, 27. iulii.

N. de Cusa archidiaconus Brabancie in ecclesia Leodiensi manu propria.[4])

---

7–8 ne – non: *ein offensichtlicher Germanismus* 10–11 pronunciatam: pronunciatum 19 executor: executore.

---

[1]) *Wie bereits mehrfach bemerkt, waren die abgefallenen Domherren schon seit längerem mit Hg. Philipp von Burgund verbündet; s.o.* Nr. 633 *Anm. 1 und* Nr. 746.

[2]) *1440 VII 11; Rudolph-Kentenich, Trier 390–393 Nr. 131. Die beiden Schiedsrichter unter Eb. Jakob waren der Mainzer Domdekan Peter Echter und Jakobs Bruder Arnold von Sierck.*

[3]) *Zant von Merl und Rheineck; s.o.* Nr. 837. *Ebendort in Anm. 2 die einzelnen Urkundendaten.*

[4]) *Zur Fortsetzung des Domherrenstreits s.u.* Nr. 852. *Im Streit zwischen Stadt und Domkapitel um die Verwahrung der Domschätze und Reliquien (s.o.* Nr. 837 *Z. 8f. usw.) kam es 1450 zu einer schiedsgerichtlichen Einigung: Der Erzbischof und vier Domherren sollten jeweils einen Schlüssel zu den entsprechenden fünf Schlössern besitzen; Rudolph-Kentenich, Trier 412 Nr. 140.*

## **⟨1449 nach Juli 19 / 24, vor August 9.⟩**[1]) **Nr. 839**

*NvK gibt Terminverlängerungen im Verfahren Köln-Kleve bekannt.*[2])

*Kop. (gleichzeitig):* DÜSSELDORF, *HStA, Kleve-Mark XXII zu 27 f. 7 (s.u.* Nr. 840*) (= A); Kurköln II 4375 f. 160ʳ (im Anschluß an* Nr. 829*; s. dort) (= B); Kurköln II 4373 f. 11ᵛ (= C) und Kurköln II 4376 f. 146ʳ (= D) (C und D jeweils im Anschluß an die Urkunde Carvajals von 1449 V 12; vgl.* Nr. 829 *Anm. 1). Kurköln II 4373 und 4376 enthalten als Beweismaterial für das Verfahren gedachte Urkundenabschriften zum Köln-Klever Streit. Eine weitere Kopie befand sich möglicherweise in dem von Hansen, Westfalen I 388, genannten Stück Kleve-Mark, Verhältnis zu Kurköln 4a f. 6ᵛ (= Kleve-Mark III A 3; z.Z. noch Kriegsverlust).*



Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

*Druck: Hansen, Westfalen I 390 (offensichtlich nach C); Koch, Briefwechsel 57 (nach A).*
*Erw.: Koch, Umwelt 33.*

In causa inter reverendissimum dominum dominum Theodericum archiepiscopum Coloniensem etc. et illustrem principem dominum ducem Cliuensem etc. duo tantum termini, scilicet replicacionis et probacionis, ad instanciam domini ducis consenciente domino archiepiscopo ad duos menses sunt prorogati, ita quod terminus replicacionis, qui secundum ordinacionem reverendissimi patris domini Iohannis cardinalis sancti Angeli, apostolice sedis legati, incipit currere a die assumpcionis beate Marie et terminatur in die nativitatis eiusdem, prorogatus est usque ad octavam diem octobris; et ab illa die incipiet terminus probacionis currere pro reverendissimo domino Coloniensi usque ad xix novenbris et pro domino duce Cliuensi a die xix novenbris usque ad ultimam decembris, et in consequenciam horum excepcionum terminus terminabitur in fine ianuarii et productionum in fine februarii, sic quod in omnibus aliis ordinacio reverendissimi domini legati salva persistat. Debet eciam venerabilis pater dominus abbas sancti Panthaleonis habere potestatem ordinariam compellendi, quam sibi reverendissimus dominus archiepiscopus tradere debet ad finem, ut nichil desit, quominus ad veritatem deveniatur.

N. de Cußa manu propria.

---

5 Iohannis: Io. *AD fehlt B* 8 xix: decimamnonam *BD* 9 xix: decimanona *BCD* 12 Panthaleonis: Pantaleonis *A* 15 Cußa: Cusa *C* propria: propria subscripsi *B*.

---

1) *Vgl.* Nr. 840.
2) *Veranlaßt wurde die Verlängerung durch die entsprechende Bitte Hg. Johanns von Kleve* Nr. 836.

## ⟨1449⟩ August 9, Köln. Nr. 840

Theodericus de Xanctis[1]) *an Hg. Johann von Kleve. Er übersendet ihm im Auftrag des NvK die Terminverlängerung in der Köln-Klever Streitsache.*

*Kop. (gleichzeitig):* DÜSSELDORF, *HStA, Kleve-Mark XXII zu 27 f. 7.*
*Druck: Koch, Briefwechsel 56f. Nr. 10.*
*Erw.: Hansen, Westfalen I 391 Anm. 2; Koch, Briefwechsel 11 Nr. 52; Koch, Umwelt 7f. und 33.*

*Einliegende* cedula[2]) *habe er von seinem Herrn* N. de Cußa *diesen Morgen zur Weiterleitung an den Herzog erhalten. NvK habe ihm ferner geschrieben,* quod occupatus arduissimis causis d. v. scribere non voluit. Excusacionem igitur suscipiat v. illustrissima d. *Über die anderen Aufträge Dietrichs beim Eb. von Köln werde der Herzog rasch Antwort erhalten.* Raptim ex Colonia et sine aliqua mora ix augusti per v. minimum s(ervitorem) et capellanum. Theo. de Xanctis, h(umilis) s(ervitor) et capellanus ac s(ervitor) d. N. de Cußa etc.[3])

---

1) *Der bei Hansen, Westfalen I 391 Anm. 2, unterlaufene Irrtum, Dietrich sei Propst von Xanten gewesen, ist schon von Koch, Briefwechsel 57 Anm. 2, richtiggestellt worden. Vgl. auch* Nr. 825 *Anm. 3.*
2) Nr. 839.
3) *Die Auflösung der Abkürzungen, wie Koch, Briefwechsel 57 Anm. 1, vorschlägt; doch lese ich Z. 4 statt* nuncium: minimum *(paläographischer Befund:* nūm *oder* mīm*).*

## 1449 September 14, Mainz.[1]) Nr. 841

*Eintragung in der Mainzer Stadtrechnung über ein Weingeschenk an NvK.*



Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.